



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Item de prædestinatione. xxxi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

eius æterna præparatio. Et hic præparationē prædestina-
tionem nominauit. Proinde siue præparationem, seu præ-
destinationem, in sanctorum dictis positum inuenierimus,
vnum idemque significari docemur.

Item de prædestinatione. Cap. XXIX.

HIS omnibus testimoniiis prædestinati ostenduntur, *Ex dictis*
mali ad pœnam, sed non prædestinati ad peccatum. *Ambro.*
Quoniam eorum quæ facturus est Deus, prædestinator est.
Quæverò nec fecit, nec facturus est, ea nō prædestinavit.
Quia autem iudicaturus est mundum, & impios iusto sup-
plicio pro iniuriantibus suis damnaturus, propterea & eos
prædestinavit ad pœnam, & pœnam prædestinavit illis. Ad
peccatum autem non eos prædestinavit, quoniam non est
Deus author iniuriantis. Quoniam sicut iustitia ex Deo est,
& omne opus bonum, ita iniustitia & omne opus prauum
ex diabolo.

Item de prædestinatione. Cap. XXX.

Prædestinationis enim nomine non aliqua voluntatis *Ex dictis*
humanæ coactitia necessitas exprimitur. Sed miseri- *August.*
tors & iusta diuini operis sépulchralis dispositio prædicatur.

Item de prædestinatione, Cap. XXXI.

VIA ergo Deus nulla necessitate compellitur, ut *Ex dictis*
aliquid nolens promittat. Nullius vtique aduersita- *Isidori.*
tis impeditur obstaculo, quo id quod promisit,
aut minus quam vult, aut tardius faciat. Proinde potuit, si-
cū voluit, prædestinare quosdam ad gloriam, quosdam ad
pœnam. Sed quos prædestinavit ad gloriam, prædestinavit
ad iustitiam. Quos autem prædestinavit ad pœnam, non
prædestinavit ad culpam. Item paulò inferius. In sanctis
igitur coronat Deus iustitiam, quam eis gratis ipse tribuit,
gratis seruavit, gratisque perfecit. Iniquos autem con-
demnauit pro impietate, vel iustitia, quam in eis ipse non
fecit. In illis enim opera sua glorificat, in istis autem ope-
ra non sua condemnat.

Item de prædestinatione. Cap. XXXII.

Ideibus congruit credere, & fateri Deum bonum, & *Ex dictis*
iustum, præscisse quidem peccatores homines: qui ni- *August.*
RR